



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica**

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Aatholicis ad  
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

**Coloniæ, 1654**

S. Phocas M. S. Gerasimus Erem. S. Conon. M. 5. Mart.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44916**

1. S. Phocas M. Antiochiæ celebris,  
post multas, quas pro nomine Redē-  
ptoris passus est iniurias, qualiter de  
antiquo illo serpente triumphaverit,  
populis eo miraculo declaratur,  
quod, si quispiam à serpente morsus  
fuerit, cum ianuam basilicæ Martyris  
credens attigerit, confestim euacuata  
virtute veneni sanatur.

2. B. Gerasimus apud Iordanem  
Eremum incolens seueritatem B. Io-  
annis Bapt. æmulabatur. Omni tēpore  
arctissimè se tractabat, ut mirum non  
sit eum adeo sui potentem Leonibus  
imperasse, quorum vnum spina evulsa  
adeo obsequentem habuit, ut iumen-  
tum Monasteij adaquatum & pastum  
ab eo vt Pastore, educeretur.

3. S. Conon M. Apostolorum tem-  
poribus Sponsæ suæ Virginalem ca-  
stitatem persuasit Angelisque famili-  
aris effectus ab eis, quæ opus forent,  
discebat.

S. Phocas M. S. Gerasimus Erem.  
S. Conon. M. S. Marz.



Patentia.

Qui bene scit pati, ille est victor sui.  
& Dominus mundi Th. à Kempis.

Præsta quæ tuus omnipotens De-  
us, ut qui B. Phocæ M. tui B. Gerasimi  
conf. S. Cononis M. tui, natalitia coli-  
mus: intercessione eius in tui nominis  
amore roboremur. Per D. N. I. Chr. & c.  
Ora pro Amicis, &